Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Annales Stuttgartienses - Cod. Aug. pap. 74

Stiftskirche zum Heiligen Kreuz

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Annales Stuttgartienses

urn:nbn:de:bsz:31-91236

Visual Library

[illegible]nica quedam effectuum notabilium

¶ Sequuntur conscripta [illegible] quorum effectus notabiles temporibus
suis facti sunt quos anno domini [illegible]

Item anno domini M°ccc°xlviii° judei occidebantur et cremabantur tunc
in civitatibus et in oppidis aliis. Et postea in secundo anno fuit pestilencia
magna in partibus alamanie

Item anno domini M°ccc°lvi° fuit terremotus magnus circa Basileam
et destruxit urbes et castra

Item anno domini M°ccc°lx° Karolus 4 rex Bohemie venit cum
exercitu magno in alamaniam et obsedit dominum Eberhardum
de Wirtemberg in opido ~~Schorndorff~~

Anno domini M°ccc°lxv° iterum erat pestilencia magna in alamania

Anno domini M°ccc°lxvii° in augusta visi sunt locuste sufficiente
tunc [illegible] quod [illegible]

Anno domini M°ccc°lxvii° domini Comites de Eberstein cum magno
suo exercitu invaserunt duos viros Eberhardum et
Ulricum Comites de Wirtemberg in Balneo nato dem Wiltbad
ad captivandum eosdem ipsi vero per quendam pauperem amoniti vix
pedestres effugerunt in castrum suum Zawelstain

Anno domini M°ccc°lxviii° erat diluvium magnum [illegible]
et destruxit [illegible] pontes et molendina etc.

[illegible] Heffner [illegible] von Johans [illegible]
[illegible] magister [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] uff der [illegible] in dem [illegible] der [illegible]
[illegible] Wirtemberg [illegible]

1 Aug 74
1r
G. B. Hofbibliothek Karlsruhe

Nota anno domini mccclxxii° dominus meus comes de Wirtemberg egit bellum campestre cum civitatibus imperialibus in Altheim prope Ulmam. In quo bello de civitatibus imperialibus occisi fuerunt ducenti vel circa et ccc° captivati.

Nota sequenti anno scilicet anno domini mccclxxiii° dominus Eberhardus comes de Wirtemberg exegit et acquisivit magnam summam pecunie a civitatibus imperialibus Alamanie.

Anno domini mccclxxvii° iuxta opidum Rütlingen occisi sunt comes Ulricus senior de Helfenstein, comes Fridericus de Zolr et cum eisdem quinquaginta vel circa milites et militares etc.

Item anno domini mccclxxxviii° in vigilia Bartholomei apostoli dominus meus comes Eberhardus de Wirtemberg una cum filio suo domino Ulrico comite et filius eiusdem dominus Eberhardus comes de Wirtemberg cum suis inierunt bellum campestre prope villam Toffingen cum civitatibus imperialibus, contra quos imperiales dominium de Wirtemberg obtinuit victoriam, occiso tamen prefato domino Ulrico comite. Occisi sunt de civitatibus imperialibus nongenti et ex aliis quadringenti captivati. Et ita non longe postea cum domino sunt reconciliati, data tamen copiosa summa pecunie solvenda debita domini mei in Spiris et alibi etc.

Nota. Anno dni mccclxxxxv feria fuit quedam confederacio seu societas inter nobiles presertim in Alamannia presertim principaliter in Suevia qui appellabant se die von dem Schlegeln. Et illi inter se habebant capitaneos plures quos vocabant Zwen kunige der schlegel kunig hij machinabantur in preiudicium et gravamen dni mei de Wirtemberg. Quod cum intellexisset generosus dns Eberhardus comes de Wirtemberg cum exercitu suo obsedit potiores quosdam confederacionis capitaneos seu reges et alios in oppido Haymsheim infra Wylam. Unde expugnata et combusta eadem oppido Haymshaim et quasi funditus destructa captivavit ibidem tres reges seu capitaneos eiusdem societatis cum pluribus complicibus eorum. Et ita ad nichilum redegit eandem confederacionem seu societatem seipsum cum suis viriliter defendendo etc.

Nota. Anno dni mccccxix quasi per totum annum regnavit universaliter et magna pestilencia in Francia Burgundia Ytalia Alsacia et per tota Suevia et in pluribus regnis et provinciis ita ut putarentur mediocres homines periisse et obiisse etc.
Item eodem anno vi nonas Julii obiit spectabilis dominus dns Eberhardus comes de Wirtemberg iunior et reliquit post se uxorem dominam Henricetam comitissam de Montebeligardo et unam filiam quasi nubilem et duos filios Ludwicum et Ulricum comites adhuc minores. Ludwicus fuit in octo annis et Ulricus in vii vel circa.

Item eodem anno xix in die Pelagii venit tanta tempestas et grandinum impetuositas que delevit et percussit omnes fructus vini et frugum in terris Wirtembergicis et Stutgardia. Nec est hominum memoria de maiori grandinis impetuositate etc.

Nota. Anno dni mccccxx fuit ita fertilis et temperatus annus quod talis non fuit illo tempore memoria in arboribus fructibus vini frugum et aliorum fructuum. Ita maturus annus et in die pasce incipiebant matura fraga die welsch erber. Et in festo Johannis baptiste quasi comederunt die frugen frucht kriesen erber etc.

Item eodem anno in die beati Othmari abbatis et confessoris de sero acciderunt tonitrua coruscaciones et fulmina in magna tempestate et hec acciderunt non tantum in uno loco sed per gyrum in xx miliaribus circa usque Constanciam Augustam Argentinam Spiram etc. cuius simile non est hominum memoria apud nos super terram etc.

Item anno dni 1422o feria die decembris circa meridiem factum est tonitruum magnum [illegible] in castrimo Stutgardie

Nota anno dni mcclxxix° obijt dns Ulricus comes de Wirtenberg fundator
collegij in Bŭtelspach sepultus ibidem cuius ossa sunt translata hinc
Stutgardie

Anno dni mcclxv° v kl marcij obijt spectabilis dns dns
Ulricus Comes de Wirtenberg qui habuit uxorem dnam Agnetem
ducissam Polonie. Hec in labore [illegible] morte mariti pregnans et
vicina partui cum se sentiret non posse viva parere iussit se
incidi ut salvaret prolem cum utero abscisso masculum [illegible]
auferre hic autem [illegible] non est [illegible]
qui et [illegible] vocatus est vnde dictus fuit der Krieger
qui duxit uxorem de Baden Et transtulit collegium sic supellex
quorumque sepulti sunt in Butelspach et tandem ossa translata sunt
Et hec dna Agnes obijt eodem anno iij° ydus marcij Et sic
ipse dnus post mortem uxoris supervixit tm xviij d

¶ Nota hic conscripti duos comites de Wirtemberg In ecclesia Stutgardie tumulatos cum suis coniugibus quorum cum quilibet anno domini sui obitus:

Primo Anno domini millesimo cc lxxx° Obiit dominus Hartmannus Comes de Grüningen ibidem tumulatus hic fuisse dicitur unus de Landow qui ipsorum fuit insignia etc.

Anno domini M ccc xv° In die omnium sanctorum Obiit spectabilis dominus dominus Vdalricus Comes de Wirtemberg secundum epitaphium lapidis sepulchri sui. Hic est pater qui vocatus Eberhardus. Hic habuit vxorem natam de Hohenberg cum qua genuit liberos. Hec obiit in abbatia sua

Anno domini M ccc xxv° Bonifacii et sociorum eius Obiit spectabilis dominus dominus Eberhardus Comes de Wirtemberg Qui transtulit Collegium canonicorum de Bütelspach In Stutgardiam et per pape augmentavit quod insuper translacionem Romana et apostolico pontifice confirmavit. Que translacio facta est Anno domini M ccc xxj In die beati Johannis Baptiste. Hic habuit vxorem Marchionissam de Baden de qua genuit filium nomine Vlricum qui duxit vxorem dominam Sophiam de Phirt ii

Anno domini M ccc xliiij° in die translacionis beati Vdalrici abbatis Obiit spectabilis dominus Vlricus Comes de Wirtemberg filius translatoris in Hic habuit vxorem Comitissam de Phirt que obiit ante ipsum Anno domini M ccc xxxiiij viij kalendas aprilis

Anno domini M ccc lxvj° Crastino Jacobi apostoli Obiit spectabilis dominus dominus Vlricus Comes de Wirtemberg qui residenciam habuit ad tempus In Bytikein ii
Hic habuit vxorem Comitissam de Helfenstein non habuit liberos Hec obiit sine liberis in morte ipsius Comitis

In Tüwingen

No. anno dni mccclxxxviii In vigilia Bartholomei apli Obiit spectabilis dns Ulricus Comes de Wirtemberg. hic habuit uxorem dnam Elyzabeth ducissam Bauarie que obiit post xxiii anno dni mccccii In die sti Stephani pthomartiris et mris relinquens post se filium unicum dnm Eberhardum Comitem de Wirtemberg

Anno dni mcccxcii xvi marcii. Obiit spectabilis dns dns Eberhardus Comes de Wirtemberg. hic habuit uxorem dnam Elizabeth Comitissam de Hennenberg qui genuit filium prescriptum dnm Ulricum Comitem. hec dna obiit ante mortem dni Comitis Eberhardi anno dni mccclxxxiiii. Genuit etiam filiam nomine Sophyam que fuit uxor legittima dni ducis Lotringie hec obiit anno dni mccclxxxix. v kl maii

No. anno dni millesimo quadringentesimo xvii. xviii kl. Junii Obiit generosus et spectabilis dns dns Eberhardus Comes de Wirtemberg hic habuit uxorem nomine dnam Anthoniam de Mediolano que obiit anno dni mcccc v. vii kl Aprilis qui genuit filium unicum adhuc vivum dnm Eberhardum Comitem de Wirtemberg. Item genuit plures filios qui moriebantur infantes.

No. anno dni millesimo quadringentesimo xix in die visitacionis marie ad Elizabeth i. circa octavas Johis Bapte obiit spectabilis dns dns Eberhardus Comes de Wirtemberg Junior relinquens uxorem dnam Henrietam comitissam de Montepeligardo. reliquit etiam unam filiam que copulabitur dno Comiti de Katzenelnbogen. Item reliquit duos filios dnos Ludwicum et Udalricum Comites de Wirtemberg quorum senior scilicet Ludwicus duxit illustrem principissam filiam dni Ludwici ducis Bavarie palantini Reni etc.